Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



191

Paratus sum & non sum turbatus · ut custodiam mandata tua 7

Funes peccatorum circumplexi sunt me · & legem tuam non sum oblitus 7

Media nocte surgebã ad confitendum tibi · super iudicia iustificationis tuae 7

Particeps ego sum omnium timentium te · & custodientium mandata tua 7

Misericordia dni plena est terra · iustificationes ÷ tuas : doce me 7

Dicendo conuerti · ostendit primitus fuisse peruersos 7

Cum dicit funes peccatorum · ostendit tot esse laqueos quot peccatis committimus 7 et hoc referendum est ad corporis praeuaricatem · fieri enim potest ut caro delictorum funibus liguretur 7 Animus autem incentiuis uitiis reluctans · legi dni non fuisset oblitus 7

Quisquis enim innouitate uitae ambulauerit · erit particeps xpi 7 omnium timentium · ne illos tantum aduertisses qui dni iudicia seruili timore formidant · addit et custodientium mandata tua 7

Teth · bonum 7

Paratum se ad praeceptis dni ad custodiendum · ille testatur qui nec persecutores metuit · et inlecebras huius saeculi a suis sensibus effugauit 7 Non sum turbatus ad tribulationem sustinendam propter xpm · Infert ad quod paratus se esse dicebat · scilicet ut mandata dni custodiret 7

Media nocte · scit enim hoc tempore primogenita egyptiorum percussa · scit petri et pauli uincula resoluta · Scit sponsum media nocte esse uenturum · Ideo eodem tempore surget ad laudes 7 Surgit quisemp addi p conia festinat 7 ad confitendum · id ad laudandum · Iudicia iustitiae xpi 7

Misericordia dni cum dicit plenam esse terram · ostendit utique dilectionem xpianae fidei quam sic misericorditer impleuit · ut undique uanissimum nomen euanescere fecit 7 Iustificationes tuas doce me · hoc est tua mandata · ut illa intellegam et praedicem · et opere impleam 7

IEIH · BONUM 7

Populus beatus gratias agit humiliatum se fuisse · ut ad iustificationes dni peruenirent · nomen q · litterae praesentis exponens · bonum suum sedicit · idest uerbum dni humiliter meditari 7